acerrimo, & qui ipſo uſu factus
eſt nequior et artes nocendi ſcit
aſtutiſsime, et in omnes occaſio-
nes intentus eſt, quibus hanc
miſeram naturam euertere atq;
opprimere poſsit. Nulla eſt tam
excellens ſapientia & uirtus,
quam non de gradu deijciat, dia-
bolus, niſi excubijs & cuſtodia
filij dei defendatur. Magna
et admiranda uirtus fuit Daui-
dis, hunc tamen videmus ali-
quoties impulſum alias a dia-
bolo, alias humana infirmitate,
in maxima peccata, ſcandala er-
rores, & calamitates irruiſſe.

Ita

http://digital.slub-dresden.de/ppn346064902/17